



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 30. Definitio capitum controversorum ex Legati consensu dilata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

## §. XXX.

Sæcul. XVI.

A. C. 1552.

*Definitio capitum controversorum ex  
Legati consensu dilata.*

Cum autem Toletanus rursus instaret, ipseque etiam Lippomanus Veronensis Episcopus, ac secundus Papæ Nuntius idem postularet, tandem Crescentius Legatus hæc definitiones differri consensit, ea lege, si Synodi Patres in Congregatione Generali non refragarentur (\*) Porro Franciscus Toletanus

(\*) Cunctas hæc nugas, ac fabulas solus narrat mendax Sarpus, Vide Pallavicinum l. c. n. 16. quam dubiæ autem sint literæ Francisci Vargæ in Synodi Patres exacerbati, Eruditorum nullus est, qui ignoret: mirum vero, quod Continuator studiose apocrypha ejusmodi sequatur monumenta, legitima vero negligat, & ipsum etiam Sarpium achillem suum allegare non audeat. Porro quo teste Vargas suam calumniam comprobat? si Legatus quæstiones jam decisas non in Sessione, sed in generali congregatione rursus agitari voluit §. XXIX. quomodo prorogata Sessione Synodum dissolvi, sperare potuit: præterea Protestantes materias non in Congregationibus, sed in Sessionibus definitas rursus examinari petierunt. Nempe mentita est iniquitas sibi.



Sæcul. XVI. letanus, inquit Vargas in quadam sua  
A.C. 1552. epistola: „ægre admodum a Legato  
 „impetrabat, ut a proposito, quo ma-  
 „terias in Congregationibus agitas in  
 „proxima Sessione decidi voluit, desi-  
 „steret quia forte sibi imaginabatur Lega-  
 „tus, quod prorogata Sessione Syno-  
 „dum penitus dissolvendi viam sibi parare  
 „posset? Nempe Concilium separari,  
 „ac Protestantes, qui vel jamjam adve-  
 „nerant, vel in itinere erant, ad sua  
 „redire percupiebat, ac eo omnia ejus  
 „collimabant consilia. Nihilominus,  
 ut hæc prorogatio legitime fieret, Cres-  
 centius generalem Congregationem ha-  
 beri voluit, in qua hoc negotium  
 proponeretur, ac pro causæ meritis  
 mature discuteretur.

## §. XXXI.

*Congregatio circa decisionum pro-  
 gationem, ac securitatis literas  
 Protestantibus datas celebrata.*

*Nicol. Psalm.* Celebrabatur hæc Congregatio die vi-  
*pag. 285.* gesima prima Januarij, ibidemque  
*Pallav. l. 12.* unanimi omnium suffragio ad Cæsaris  
*c. 15. n. 17.* preces, atque in gratiam Protestantium  
 decretum fuit, decisionem articulorum  
 circa Missæ Sacrificium, & Sacramen-  
 tum Ordinis jamjam discussorum esse  
 differendam: ne vero hæc mora Patri-  
 bus